

Ueber spontane Bewegungen und Formveränderungen von pflanzlichen Farbstoffkörpern. (XC. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.) 8°. 14 S. 3 T.

Ueber ein eigenthümliches Vorkommen von Kalkoxalatmassen in der Oberhaut der Organe einiger Acanthaceen. (XC. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.)

1885. Ueber gegliederte Milchsaftgefäße im Fruchtkörper von *Lactarius deliciosus*. (XCI. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.) 8°. 37 S. 4 T.

Ueber die Fluoreszenz der Pilzfarbstoffe. Vorläufige Mitth. im XCI. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.

1890. Untersuchungen über die Trichome von *Corokia budleoides* Hort. (XCIX. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.) 8°. 15 S. 1 T.

Weitere Untersuchungen über die Zahlen- und Grössenverhältnisse der Spaltöffnungen. (XCIX. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.) 8°. 76 S. 2 T.

1891. Entwicklungsgeschichte der Trichome im Corollenschlunde von *Pinguicula vulgaris* L. (C. Bd. d. Sitzungsber. d. k. Akad.) 8°. 8 S. 1 T.

Prag, im Juli 1894.

Dr. A. Nestler.

Plantae novae Orientales.

III.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.¹⁾)

Veronica (Chamaedrys) schizocalyx Freyn et Sint. Papilloso-hispida superne glandulifera, caulibus radican-
tibus, surculos subterraneos pallidos emittentibus, caudiculis ad-
scendentibus racemum lateralem unicum elongatum parte
inferiore foliosum ramulumque terminalem brevem
dense foliosum edentibus; foliis caudiculorum ellip-
ticis vel oblongo-ellipticis basi angustata subsessilibus, regu-
lariter crenato-serratis (crenis utrinque 8—12) subdentatis;
foliolis ad racemi partem inferiorem parvis ellipticis vel oblongo-
ellipticis, in bracteas rhomboideas latas pinnatifidas sen-
sim abeuntibus; pedicellis strictis florendi tempore calycem
subaequantibus tandem eo subduplo longioribus; calycis
valde angusti laciniis 4—5 inaequalibus longe linearibus et.
pauca in summitate racemi excepta, pinnatifidis; pinnulis
utrinque 1—2; corolla majuscula (pallida?) calyce sesqui longiore;
capsula ignota. 2. Ineunte Maji.

Paphlagoniae, Küre-Nahás: in declivibus saxosis ad Tschueha
Chan die 3. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3732).

Dimensiones: Caudiculi usque ad racemum 10—12, racemi
proprii 20—30, ramuli steriles 5—12 cm longi; folia majora 15 × 8

¹⁾ Vergl. Nr. 8, S. 294.

usque 17×6 mm; bracteae florendi tempore pedicellis sesqui longioribus; calyx initio 5, tandem 8 mm longus; corolla 6 mm alta, centimetrum circ. lata.

Ex affinitate *V. pectinatae* L. et *V. Fuhsii* Freyn et Sint., sed perinsignis et ab omnibus calycis laciniis pinnatifidis et bracteis profunde incisus diversissima.

Veronica (Chamaedrys) Fuhsii Freyn et Sint. Humilis, breviter et crispule pubescens vel glabrata, caulibus e rhizomate lignescente decumbentibus radicanibus, foliis ramulorum oblongis vel spathulatis basi attenuatis subpetiolatis regulariter crenatis vel subinciso-dentatis (dentibus utrinque 4), superioribus saepe diminutis et subangustioribus sed semper crenatis; racemis 1—4 ex axillis supremis brevibus (tandem subelongatis) basi nudis vel foliosis, foliis diminutis in bracteas oblongas crenatas vel elliptico-lanceolatas integras abeuntibus; pedicellis erecto-patentibus calyce vix longioribus, calycis laciniis 4, inaequalibus linearibus obtusis integerrimis; corollae magnae caeruleae calyce 3plo saltim longiore lobis alteris subbrevioribus rotundatis, alteris longioribus ovatis obtusiusculis; capsula (immatura) glabra obtriangulari basi cuneata apice late et breviter retusa vel truncata; seminibus ignotis. ♀. Majo.

Paphlagoniae, Tossia: in regione subalpina montis Giaurdagh die 17. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3869).

β. *alpina* Freyn et Sint. Glabra vel subglabra, habitu omnino *V. cuneifoliae* Desf. et *V. surculosae* Boiss. et Bal. racemo reducto saepe solitario, ramulis et foliis abbreviatis nostrae affinium, sed sine dubio ad *V. Fuhsii* adducenda. ♀. Esecute Julii.

Paphlagoniae ad Tossia: in summo monte Bōjūk-Ilkas-Dagh ad 2710 m supra mare die 23. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3869 b).

Dimensiones (speciei et variet.). Caudiculi 10—20 cm longi (in varietate breviores); folia 12—13 mm longa, 4.5 lata, (summa minora); corolla 7 mm alta et centimetrum circa diametro; capsula juvenilis (ex var. β. relata) 2.5 mm alta, 4 lata.

Media videtur inter *V. pectinatum* L. et *V. orientalem* Mill. Sed diversa a prima indumento nec velutino-canescens, racemis oppositis saepissime pluribus et basi nudis (nec solitariis semper foliosis) et capsula glabra (nec pubescente) — ab ultima, quae indumento magis propria, caulibus radicanibus, ramulis basi saepe foliosis (nec nudis), bracteis saepe crenatis (nec integerrimis), corolla magna calyce pluries longiore, capsula truncata globosa (nec obcordata glanduloso-pubescente).

Ich nenne diese schöne Pflanze zu Ehren des Herrn Hermann Fuhs in Constantinopel, der sich um die schöne Präparirung der Collection Sintenis, sowie als dessen Dolmetsch hervorragend verdient gemacht hat.

Iris (Xiphion III. Juno) Bornmülleri Hausskn. fide cl. Bornmüller, qui plantam meam vidit. — Bulbi ovati tunicis pallidis fibroso-reticulatis, fibris longitudinalibus fibrillis obliquis connexis, caule nullo; foliis 2 radicalibus laete viridibus ex axillis membranaceis oriundis, sub anthesin evolutis anguste linearibus profunde canaliculatis, rectis strictis in apicem duram decolorantem subpungentem subrecurvam abeuntibus; flore solitario e spathis 2—3 producto membranaceis lanceolatis acutis; ovario cylindrico oblongo intra spatham pedicello eo 3—4plo longiorem suffulto, tubo pallido ovario 4plo longiore subexserto, spatha paululo superato, limbi chrysanthi $\frac{2}{3}$ tubi longitudinem aequantis laciniis exterioribus spathulato oblongis obtusis porrectis nullo modo recurvis, viride punctatis, interioribus minimis capillaceis porrectis tandem flexuose patentibus exteriorum 3plo brevioribus; antheris luteis filamentis brevi aequilongis; stigmatibus pallidioribus lacinias extimas aequantibus in lobos triangulares saepe eroso-denticulatos vel integerrimos partitis. 24. Martio.

Syn. *I. crociformis* Freyn Msc. et in litt.

Paphlagoniae, Mersivan: in collibus arenosis rarissimum die 5. martio 1892. leg. Manissadjian! (Exsicc. no. 577).

Dimensiones (ex tribus tantum speciminibus): Bulbus (cum tunicis) 2.5 cm altus, ad basin 1—1.3 diametro; folia florendi tempore) 7 cm longa, 1.5 mm lata; scapus circa 11 cm altus; flos 3.6 cm altus et ad 6 latus; perigonii lacinae extimae 3.6 longae et infra apicem 1.3 latae; anthera cum filamentis eam aequante 1.5 cm longa. Capsulam non vidi.

Species perdistincta omnium in grege jam tunicis reticulatis (non membranaceis) distinctissima et nulla alia comparanda. *I. Dandfordiae* Boiss. habitu affinis jam differt perigonii laciniis internis abortivis, bulbi tunicis membranaceis etc.

Iris (Euiris, Apogon) graminifolia Freyn. Caulis e rhizomate cylindrico horizontali repente, angulatus tenuis erectus, foliis radicalibus erectis angustissimis linearibus acutis coriaceis glaucescentibus eum subaequantibus; foliis caulinis 5—6 e vagina angusta paulo inflata coriacea caulem obtegente ortis; spathae terminalis unicae biflorae valvis subcoriaceis obtuse carinatis tubum perigonii superantibus; perigonii tubo ovario pedicello subaequilongo suffulto subaequante in faucem sensim ampliato; perigonii magni segmentorum exteriorum panduratorum lamina oblongo-elliptica acuta (violacea? nervis obscuris picta, sicco fuscescente) ungue pallido aequante, laciniis internis brevioribus pallidioribus lanceolato-cuneatis apice breviter bilobis; stigmatibus brevi lobis ut videtur triangularibus; capsula ignota. 24. Exeunte Majo.

Galatia, prope Amasia: inter frutices ad Lokman die 29. Majo 1892 sparsam legit Manissadjian! (Exsicc. no. 575).

Dimensiones: Rhizoma 5—6 mm crassum, caulis cum flore semimetrum altus, 2 mm crassus; folia radicalia longiora circiter 40 cm longa et 2 mm tantum lata; folia caulina infima 3 mm lata; spatha terminalis 7—9 cm longa, 1·3 diametro; perigonii circa 12 cm lati segmenta externa 6—7 cm longa, eorum lamina 3—3·5 longa ad medium 1·2 lata; segmenta interiora 5 cm longa, infra apicem 8 mm lata.

Ob absentiam capsulae affinitas speciei nostrae subdubia sed ex omnibus aliis characteribus juxta *Iridem Sintenisii* Janka ponenda, cui nostra tubo perigonii praesentia et foliis angustis certe proxima, sed diversa habitu gracili caule elato tenui, foliis longissimis duplo angustioribus, perigonii duplo majore tubo ovarium aequante (nec longiore), perigonii segmentorum exteriorum lamina angusta acuta (nec elliptico-rotundata), ungue aequante (nec multo brevior) etc.

Fritillaria (Eufritillaria, Olostyla) alpina Freyn et Sint. Bulbo parvo globoso tunicato; caule humili monocephalo inferne nudo a medio folioso, foliis sparsis, infimis oblongis obtusis, superioribus diminutis angustioribus lanceolatis acutis; flore mutante obconico-campanulato basi rotundato, extus livido-purpureo rorido intus et apice utrinque luteo non tessellato, phyllis externis oblongo-ellipticis, internis spathulato-oblongis, omnibus obtusiusculis apice papilloso-barbellatis, basi foveola oblongo-lineari (siccio saltem) nigricante instructis; filamentis dense papillosis anthera aequilongis, stylo cylindrico casso indiviso ovario subaequilongo, capsula ignota.
24. Majo.

Paphlagoniae: Tossia in monte Giaurdagh, in pratis alpinis die 17. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3931).

Dimensiones: Bulbus 14 mm diametro; caulis circa 20 cm altus flexuosus; folia inferiora $8 \times 1\cdot8$ ad $6 \times 1\cdot3$, summa ab $5 \times 0\cdot6$ ad $3\cdot5 \times 0\cdot5$ cm; perigonium 2·5 cm longum et ad apicem aequale latum; perigonii phylla exteriora 2·5 cm longa, 0·8 lata.

Affinis *F. Sibthorpiana* Boiss. quae differt foliis latioribus obtusioribus, flore livide-purpureo (nec flavo), phyllis superne luteis (nec purpureo suffusis), apice barbellatis, filamentis anthera aequilongis (nec duplo longioribus) etc. Florum colore similis *F. Pinardi* Boiss. a qua differt foliis latioribus obtusioribus, floribus majoribus, phyllis basi, nectario lineari manifeste foveolato (nec vix foveolato) instructis, filamentis antheram aequantibus (nec sesqui longioribus) etc.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1894

Band/Volume: [044](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientalis. 324-327](#)